



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Ab Innocentio II. Creatj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

De miraculis S. Iacobi Apostoli, ut notat Trithe-

mius.

De obitu & vita sanctorum.

De inuentione corporis Turpini manuscript. in Bi-

bliotheca Cantabrigensi.

Vitam Caroli Magni Imperatoris, ut refert Ludouï-

cus Golut, Historia Burgundicæ lib. 5.

Decreta quædam Coloniæ excusa.

Epistolas ad diuersos, quarum plures habes apud Vf-

pergensem, Malmesburiensem & Baronium.

Obiit Romæ anno 1124.

AB INNOCENTIO II. CREAT.

DROGO LAVDVNENSIS Gallus Episcopus Car-

dinalis Ostiensis, scripsit

De Passione Domini.

De Corpore Christi.

Et alia quædam.

RINALDVS ex Comitibus Marsorum Cardinalis

cui Petrus Diaconus lib. 4. Historia Casinensis dicauit,

scripsit.

Vitam S. Seueri Episcopi Casinensis.

De Sanctis Benedicto & Mauro versus nonnullos.

Hymnusq; de Sanctis Placido, Mauro, & Seuero.

Obiit anno 1165.

HUGO DE FOLIETO Gallus ex Monacho Cor-

beensi, Cardinalis, multiplice eruditione præditus, prout

ex iis quæ ad posteros transmisit, intelligi potest, scripsit

De quadruplici clauistro animæ libros 4.

De disciplina ad Religiosos.

De abusibus claustris.

De Patriarchis.

Et quædam alia. Claruit anno 1120.

Y MARVS GALLVS ex Abbatे Monasterij noui urbis Piastauensis Cardinalis Tusculanus, ad quem S. Bernardi quædam extant Epistolæ: scripsit, cum esset in diuinis scripturis insignite peritus,

Commentaria quædam in sacras literas, vt notat Ciaconus. Obiit Cluniaci. an. 1154.

A COELESTINO II. CREATI.

ROBERTVS POLENVS aliàs Pully Anglus Cardinalis, Oxoniensem Academiam penitus eueram, pristino splendori restituit, optimarum artium disciplinas gratis docens. Claruit anno 1146. scripsitque.

Sententiarum libros 8.

Super Doctorum dictis lib. 4.

De contemptu mundi.

In Apocalypsin.

In Psalmos.

Sermonum librum, &

Prælectiones aliquot.

LUCII II. TEMPORIBVS

clari, cuius aliquas habes Epistolas apud Peterum Cluniacensem & Othonem Frisingensem lib. 7.

NICOLAVS Cardinalis tit. S. Damasi Bibliothecæ Pontificiæ præfetus, hæbraicæq; linguæ peritissimus, de cuius cognomine altum ubique silentium , scripsit peculiari conamine,